



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Suumma [!] de laudibus christifere virginis Marie

Albertus <Magnus, Heiliger>

Colonie, 1502

VD16 A 1357

De b[e]n[e]dict[i]o[n]e Beniamyn

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69610](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69610)

De bñdictione beniamyn fo. cu.

ter fratres eius. Harū omnium benedictionum sufficiētia dat in hunc modū. Bñdictio p se vel est in essendo. vel in patiendo. vel in agendo. In essendo. vel ad seipm. vel ad reū. vel ad primū. Ad reū dupliciter. vel in accipēdo esse. et sic est filius p creatōem. vel in accipiendo esse p opatōem. sic est filius p imitatōem. Ad se duplr. vel ad intellectū. et sic est augmētū sapiētie. vel quātū ad affectū. et sic est augmētū gratie. Ad primū duplr. vel quātū ad bonū ppriū. et est bona fama. vel quātū ad bonū pmi. et sic est exēplū. Si autē in patiētia est. vel est passio a malo illato vel innato. Si ab illato. sic vlt ab opere. ore. vlt a corde. et sic ptra hec triplex patiētia q̄ est arcus in fortitudine diuina. Si a malo innato. sic est liberatio a culpa. Si autē in agendo. vel est actio naturalis. et sic est origo xpi p propagatōem tēporalem. vel est actio volūtaria. et sic est vel ptra malū. et sic est tentationis supatio. Vel est ad bonū. et hoc est triplr. vel in se. vel in cā vel in efficiētia. Si in se. vel est glorie. vel gratie. vel nature. Si in causa. sic est boni hereditaria possessio. in efficiētia. sic est boni in aliis hereditatio. Ex his ergo integrat benedictio Ioseph. ¶ Sed cōstat q̄ hec omnia fuerunt in beatissima virgine in summo. ergo q̄ fuit summa filia in esse gratie glorie. et nature. et pfectissima imitatōe habens plenitudinē gratie. fame. sapientie. exempli. patientie. imitatiois. immunitatis. culpe tēporalis. origo christi. plena est etiā bono glorie. gratie. et nature. que omnium pgenitorū virtutes cū excellentia habuit. et suā gratie plenitudinē ad alios transmisit. Et sic p̄ patet qualiter bñdictio Ioseph in bñdictione beate vginis inclusa fuit

Sequitur de benedictionibus Beniamyn. Beniamyn lupus rapax. Mane comedit p̄dam. vesp̄e diuidit spolia. ¶ Nec bñdictio in tribus p̄sistit. Primū p̄ditōz omnium a culpa ereptio. Secūdū de ereptione gratulatio in gratia. Terciū in futuro oim et singulorū glorificatio in gloria. ¶ Et hec in beatissima virgine fuerūt in summo. quia summā in ereptione habuit victoriā. summā de ereptis in p̄senti leticiā. et summā in futuro de oibz et singulis gloriā. Et sic sua bñdictio bñdictionem beniamyn includit si fm tropologiā p ioseph intelligit grā discretiois in actōe. p beniamyn grā cognitōis in p̄tēplatione. Cōstat quoqz q̄ hec in summo habuit beatissima virgo. Et sic bñdictio nes filiorū Jacob omnes que vere sunt benedictiones in benedictione domine nostre cū excellentia incluse sunt

Sequitur videre qualiter benedictiones ille q̄ benedixit Balaaz israel in benedictione dñe nostre fuerūt incluse. Diuiduntur autē hec benedictiones in duas partes. In p̄ma ponit bñdictiones quātū ad subam secūdo quātū ad earū cām efficientē. vbi dixit. videbo illuz sed non modo. Numeri. xxiiij. Prima pars p̄tinet tres benedictiones. Prima

Sufficiētiā benedictionis

Bñdictio in tribus p̄sistit.

Grā discretiois intelligit p ioseph in actione. p beniamyn in p̄tēplatione